



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 59. Procerum Conventus in oppido sancti Germani in Laja habitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

Ba-
sione
sub
Lo-
gasse
aba-
ures
hi-
iam
aria
exta
bus
&
egii
con-
um-
Ma-
dicti
at:
Ma-
un-
tis
aris
cæ
ni-
tea
de-
in
ce,
ere
tra
ex-
os

centos retro annos regnabat, propone-

SÆCUL. XVI.
A.C. 1583.

§. LIX.

*Procerum Conventus in oppido sancti
Germani in Laja habitus*

Mense Septembri Galliarum Rex Re-

Thuan. l. 78.

gni Principum comitia ad oppi-
dum sancti Germani in Laja indixit,
ad quæ Principes, Regni Proceres,
sanctiorisque Senatus Consiliarii, ac
Parisienſis Curiæ Deputati jussu Regis
convenerant: porro dato sessionibus
initio Delegati in tres distribuebantur
classes, quibus regii Sanguinis Prin-
cipes præerant, qui omnes articulos
ad certa capita redigerent, tam pro
sacro ordine, & nobilitate reformanda
quam pro administranda justitia, &
civilis administratione, atque ærario rite
disponendo, adeo, ut hæc capita post
ordinum decretum legis vim haberent:
Præsides vero sententiam suam scripto
comprehensam ad Regem deferrent:
igitur November totus, ac sequens men-
sis usque ad exitum anni his delibera-
tionibus insumptus est, ubi præprimis
propositum, ut non officia vœnum daren-
tur, pænæ autem statuerentur in eos,
qui nova tributa imponerent, novam-
que officiorum creationem fuggererent,
ac insuper a regio Senatu illi, qui regii

Hist. Eccles. Tom. L.

H æra-

Sæcul XVI. ærarii partem sibi vendicant, ejicerentur, atque eorum vexationes prohibentur: porro Clerus Gallicanus electio-
A.C. 1583. num jura revocari, ac Tridentinam Synodum recipi postulabat: ubi vero in deliberationem fuerat adductum, quod Rex, regiive magistratus officio suo defungentes ratione muneric sui non possent diris devoveri, nec ab Ecclesiæ communione segregari, ac liceret etiam Regi prohibere, ne anathematis hujusmodi diplomata contra Episcopos, aut Magistratus regios decreta intra Regnum executioni demandentur. Verum Præfules cum conscientiæ scrupulis angerentur, veritate per propositionem adeo generalem legitima Ecclesiæ potestas læderetur, hinc quo minus super eo capite sententiam suam edicerent, sese excusarunt.

§. LX.

Rhemense Concilium a Guisio Cardinale celebratum.

*Labbe Coll.
Cont. t 15.
pag. 84.*

Hoc anno Mense Mayo Guisius Cardinalis Rhemis Concilium provinciale celebrabat, cui Sueffionensis, Laudunensis, Bellovacensis, Catalaunensis, Noviodunensis, & Ambianensis Episcopi unacum Vicario Generali Sylvanectensis Antistitis tum præpediti intererant. Plura ibidem promulgabantur